

ANT. MASSAE  
GALLESII CIVIS  
ROMANI.

AD FORMVLAM CAMERALIS  
OBLIGATIONIS LIBER.

D. BENEDICTI DE BARZIS  
Perusini, Sigismundi Romanorum Im-  
peratoris à consilijs, Tractatus  
de Guarentigia.

D. ANTONII A CANARIO  
*Tractatus de executione Instrumentorum.*

EIVSDEM ANTONII MASSAE  
Sermo de Annatis.

OMNIA INDICIBVS ALPHABETICIS  
in hac postrema editione illustrata.



CVM LICENTIA SUPERIORVM.

ROMAE,  
EX TYPOGRAPHIA, VINCENTII ACQUILATI  
MDCCCLXXVIII In Burgo,

Coll. Soc. I. N. S. V. Salm. et Dono R. C. B. M.

ANTONIUS MASSA  
IOANNI BAPT.  
CICADAÆ

*Tituli sancti Clementis presbytero Cardinali,  
viro amplissimo S. D.*



ULTOS mihi vsu venit audi-  
re, Antistes amplissime, qui mi-  
rarētur, quid esset, quòd ex tam  
multis doctis atq; exercitatis Ro-  
mana Curie pragmaticis nemo  
adhuc de facultate forensiū di-  
sceptationū, quibus sacerdotio,  
rū controuersia ac iudicia continentur, id est, de bene-  
ficialia praxi, quæ alibi quàm in hoc Pontificio foro,  
seu Romana Curia parum est nota, iustum aliquem &  
quasi proprium librum cōscripserit: & id quod magis  
admirandum esse dicebant, ea, quæ hac de re scripta  
extant, omnia nullo ordine sint ita confusa, & concisa,  
vt raptim scripta, & quasi temere (vt sic dicam) con-  
sarcinata esse videantur: cum tamen nemo dubitet,  
quin illi fuerint viri alioquin docti, qui eam rem atti-  
gerunt. Quis enim aliter existimaret de Aegidio Bel-  
lamero, cuius cum in omnes Pontificij iuris libros  
extent præclari Commentarij artis & ordinis pleni,  
quas Lecturas vocant: iudicia tamen pronuntiata, &  
sententiæ Auditorij Rotæ, quas decisiones appellamus,  
ab eodem Bellamero collectæ, maiori ex parte sunt  
obscuræ, concisæ, & plerumque nullis legibus aut ra-

ANTONII MASSAE  
GALLESII,  
CIVIS ROM.

Ad Formulam Cameralis obligationis  
Liber.

S V M M A P R O O E M I L

- 1 *Descriptio formulæ obligationis cameralis continens formam  
lem, & finalem causam ipsius.*
- 2 *Incertus est auctor obligationis, in forma Camera.*
- 3 *Obligatio in forma camere diversis temporibus composita  
fuit & perfecta.*
- 4 *Tenor ipsius formulæ obligationis cameralis, quæ nunc vulgo  
videntur, divisa in sex partes, siue clausulas.*



VM obligationis eius, quæ vulgo  
appellatur in forma Camere, vlti-  
mum fit fere vbiq; frequentissimum  
& doctorum (quos quidem ego vi-  
derim) nemo hactenus de illa, eius-  
que virtute, & efficacia data opera  
tractauerit, operæ prætium facturum  
me esse arbitratus sum, si quæ de ipsa obligatione, eius-  
que usu mihi occurrebant, quam breuissime exponere-  
rem. Vt autem clarius intelligi possint quæ dicentur,  
fortasse non erit ab re, si figura quadam describamus:  
1 † Eam obligationem esse formulam quandam ex mul-  
tis iudicis cautionibus, incerto auctore, diuturno usu  
Romanae Curiae compositam: quæ contractuum instru-  
mentis adiecta facit, vt cessatores per iudicem faci-  
lius cogi possint ad complendum promissa. Dixi,  
2 incerto † auctore, & diuturno usu Romanae Curiae  
compositam, quia, præterquam quod non est eius cer-  
tus

TRACTATUS  
D. BENEDICTI  
DE BARZIS PERVSINI  
DE GVARENTIGIA.



ANNIS currentibus M. CCCXLVII.  
Cum persæpe, vt otio non succumberem,  
in præteritis vacationibus ad aliquod opu-  
sculum componendum me Benedictum  
de Barzis de Perusio L. V. D. in hoc almo  
Ferrariensi studio ius ciuile ordinariæ legentem animus  
incitaret: nihil mihi vtilius, nihil acceptius, atque magis  
opportunitati accommodatū reperi, quàm seriatim di-  
scutere, & sub condecienti ordine pertractare materiam  
Guarentigiæ, quam nostri prædecessores ad plenum ne-  
cubi tractauerunt: quinimmo sparsim, & implicite varijs  
locis, & ad varia proposita attigerunt. Hac de re super  
ipsa Guarentigia præsentem tractatum componere insti-  
tui sub ordine infra scripto:


DIVISIO TOTIVS OPERIS.



AM primo tractabo de his quæ pertinent ad  
causam formalem atque materialem ipsius  
Guarentigiæ. Secundo principaliter tracta-  
bo de his quæ concernunt causam finalē, & sic  
ad quod sit vtilis Guarentigia, & de effectibus  
qui resultant ex instrumento Guarentigiato. Tertio, &  
ultimo discutiam, an possit excipi contra instrumentum  
Guarentigiatum, & eius executionem, & quæ exceptio  
videatur reseruata statuto dictante, quod nulla exceptio  
opponi possit: & an licet possit excipi, possit reus se alio  
remedio defensare, etiam quando statutum vult quod  
de nullitate dici non possit.

# TRACTATUS DE EXECUTIONE INSTRUMENTORVM.

D. ANTONII A CANARIO.



## S V M M A R I V M.

- 1 *Exceptiones iusta, an possint obici contra publicum instrumentum stante statuto, quod, &c.  
Verbum generale omnia comprehendit.  
Genus tantum valet, quo ad omnia; quantum species quo ad speciem.*
- 2 *Promittens nullam exceptionem opponere, intelligitur de malitiosa, & non de legitima.*
- 3 *Exceptiones iusta, an possint opponi, si dictum sit, quod non possit opponi nisi exceptio falsitatis, & solutionis.*
- 4 *Exceptiones qua opponi possint, statuto dictante, quod exceptione falsitatis, & solutionis non obstante, instrumenta publica executioni demandentur.*
- 5 *Statuto dictante, quod publica instrumenta executionem habeant paratam nulla nisi solutionis, & falsitatis exceptione obstante, an possint obici alia exceptiones iustae.*
- 6 *Sententia, instrumentum, & confessio de iure communi executionem habent paratam.*
- 7 *Clausula, & post praedicta, in fine contractus posita, quid operetur.  
Gabella non soluitur de praecepto in confessum, statuto stante, quod de omni sententia condemnatoria solvatur gabella.*
- 8 *Instrumenta guarentigiata, ubi fundentur & ubi confessio nata, & ubi simplicia.*
- 9 *Statuta loquentia de executione instrumenti guarentigiati non exorbitant à iure communi.*
- 10 *Electio Papa non extoro subiicitur iuri positivo.*
- 11 *Exclusio generali exceptionum ad processum non excludit speciales*

# DE MATERIÀ ANNATARVM

AD ILLVSTRISSIMVM  
Et Reuerendiss. D. Carolum Cardin.  
Borromæum, Sermo.

ANTONII MASSÆ  
*Galleſii ciuis Romani.*



**D**E Annatis, Carole Borromæ Cardinalis Amplissime, fortasse videri poterit conueuienter esse dictum, si toto sermone in tres quasi partes distributo, prius ponatur illa, ex quibus rei de qua agitur, haberi possit plena cognitio; Deinde probetur Annatarum exactionem, ex parte Pontificis iustam, & illarum solutionem, ex parte obtinentium beneficia debitam esse; Postremo describatur vsus, qui in illarum exactione, & solutione seruatur.

Pro sufficienti autem Annatarum cognitione, sciendum est, duas esse illarum species; quæ quoniam diuersam habent originem, & dissimilem proportionem; ideo titulum Tractatus, plurali nomine Annatarum, visum nobis est præponi debuisse. Quia tamen vna est ambæ causa prima, & ambæ de primi anni vacantium beneficiorum fructibus debentur, idcirco vnum & idem  
Annata-

REGESTUM

† ABCDEFGHIKLMNOPQRST  
VXYZ. Aa Bb Cc

Omnes sunt quaterniones.



ROMAE,

---

*Ex Typographia Accoliana.  
In Burgo.*

